

5

DE THEORICIS ATHENIEN- SIUM PECUNIIS COMMEN- TATIO.

DISSERTATIO

INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

SENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA UNIUIERSITATE LIPSIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE
CAPESSENDOS

CONSCRIPSIT

MARTINUS FICKELSCHERER

GLAUCHAUIENSIS.

LIPSIÆ,
TYPIS STURMII ET KOPPEI (A. DENNHARDII)
MDCCCLXXVII.

Bibliothèque Maison de l'Orient



163465

Pecuniarum earum, quas inter Athenienses diuidi solitas esse accepimus, uix ullas tanti fuisse momenti ad rei publicae fortunam atque condicionem existimauerim, quanti eas, quae *θεωριζόν* uel *θεωριζὸν* uocabantur. Quae cum antea ad locum in theatro conducendum darentur, quarto ante Christum natum saeculo tam large sunt diuisae, ut distributionibus illis, quidquid superesset e redditibus publicis, profunderetur. Quicumque igitur Atheniensium historiae uel institutis publicis indagandis operam dederunt, quod etiam in harum pecuniarum originem et naturam inquisiuerunt, non est, quod miremur. Atque maxime egerunt de ea re:

Boeckh: Staatshaushalt der Athener I, 249—51; I, 304—18;

Westerm.: Pauly's Realencyclopaedie sub uoce *θεωριζόν*;

U. Fritzsche: De mercede iudicum apud Athenienses, Rostochii 1839;

Schneider: Das Attische Theaterwesen, pag. 234—50;

H. Sauppe: in adnotatione ad Demosthenis orationem Olynthiacam primam § 19;

C. Fr. Hermann: Lehrbuch der griechischen Staatsalterthümer §§ 159 et 170;

Grote: History of Greece Voll. IV, 536, V. 302, VI, 282, (uersionis germanicae);

Schoemann: Griechische Alterthümer Vol. I, 360, 464;

E. Curtius: Griechische Geschichte II, 151, 215; III, 49, 488;

A. Schäfer: „Demosthenes und seine Zeit“ multis locis de eis egit cfr. III, B. 397;

Oncken: Athen und Hellas II, 28—34;

Th. Gomperz: Demosthenes der Staatsmann, pag.30—35;

Benndorf, Beiträge zur Kenntniss des attischen Theaters, Zeitschrift für österreichische Gymnasien 1875.

Qui uiri docti quamquam oblata occasione summa et diligentia et sugacitate de theorico egerunt, tamen operae pretium facturus esse mihi uideor, si et ea, quae illi de hoc instituto publico disseruerunt, et ea, quae scriptores ueteres de eo tradiderunt, colligam denuoque percenseam et in controuersias quasdam nondum expeditas denuo inquiram.

De origine theorici.

Primis temporibus uoce *θεωρικόν* eam pecuniam nominatam esse, quae ad locum quendam in theatro conducendum danda esset, docermur a compluribus grammaticis atque uberrime et optime quidem a scholiasta quodam, qui ad Luciani Timonem § 49 haec adnotat:

„μήπω δὲ τοῦ θεάτρον διὰ λίθων κατεσκευασμένου καὶ συρροόντων τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τὴν θέαν καὶ νυκτὸς τοὺς τόπους καταλαμβάνόντων ὀχλήσεις τε ἐγίνοντο καὶ μάχαι καὶ πληγαί. ἔδοξεν οὖν τοῖς τόπους ἐκμισθοῦν, ἵνα ἕκαστος ἔχων τὸν οἰκεῖον τόπον μὴ ἐνοχλοῖτο φυλάττων μήτε μὴν ἰσπερῶν ἀποστεροῖτο τῆς θέας. ἐπειδὴ δὲ ἤλαττοῦντο οἱ πένητες τῶν πλούσιων πολλοῦ καὶ ἐτοίμου μισθουμένων τὸ εἰς τοῦτο ἀνάλωμα ἡ πόλις παρεῖχεν ἐκ τῶν κοινῶν ἕκαστῳ· δραχμὴ δὲ ἦν τὸ διδόμενον καὶ οὔτε πλέον ἐξῆν δοῦναι δραχμῆς οὔτε ἔλαττον, ὡς μήτε οἱ πλούσιοι διὰ τὸν χρυσὸν πλεονεκτοῖεν μήτε οἱ πένητες διὰ πενίαν βιάζοιντο.

Et ex eodem fonte uidentur esse hausta, quae sub uoce *θεωρικὰ* inuenimus in lexicis Suidae, Hesychii, Photii et quae tradit Libanius rhetor in hypothesisi, quae dicitur, ad Olynthiacam Demosthenis primam.

Quae quamuis sola grammaticorum coniectura inuenta esse appareat, tamen ex eo, quod fere eodem tempore, quo

mercedes iudicum et contionalis, etiam theoricum ciuibus dari est coeptum, et quod id ad populi fauorem conciliandum factum esse traditur (de qua re infra dicam), colligere posse mihi uideor non eodem tempore, quo theatri loca gratuita esse desierunt, etiam eam pecuniam, quae opus fuerit ad ea emenda, inter ciues esse distributam.

Quae cum ita sint, aliquot annis antea hoc constitutum esse existimo, ut pecunia parandus esset ad theatrum adiutus. Atque quod Boeckhiius (I, 307*) de eo tempore cogitauit, quo certantibus inter se Aeschulo et Pratina Olympiade septagesima tabulata lignea corruisse traduntur a Suida (sub uocibus *Αίσχυλος* et *Πρατίνας*), eam coniecturam habere, quo commendetur, non negauerim, sed cum alia non extent testimonia, etiamnunc locus relinquitur dubitationi. Fieri enim potuit, ut iam antea Athenienses eo, quod theatrum ligneum non satis amplum erat, adducerentur, ut illud constituerent.

Atque quantum datum sit a ciuibus ad locum in theatro conducendum, de ea re scriptorum ueterum uariant testimonia. Legimus enim et de obolo (Ulpianus qui fertur ad Olynth. I, pag. 13, Pollux VIII, 113) et de binis obolis (Photius, Suidas, Etymologicum Magnum s. u. *Θεωρικόν*, Libanius l. l.) et de ternis obolis (scholiasta ad Dem. XVIII, pag. 281) et de drachma (Philochorus apud Harpocrationem s. u. *Θεωρικόν*, Luciani Encomium Demosfh. cap. 36, pag. 517).

Atque Schneiderus quidem (Das Attische Theaterwesen pag. 240) in ea erat sententia, ut censeret per binos dies Dionysiis, quae uocabantur urbana uel magna, ludos scaenicos esse celebratos et singulis diebus obolum ad locum in theatro emendum opus fuisse. Atque quod drachmae commemoratur theoricum, hoc ita explicat, ut aut quaternos illos

*) His numeris Boeckhii nomini nude adiectis semper significabo eius de oeconomia publica Atheniensium libros.

obolos, quos loco conducto superfuisse existimat, ad dies festos lautius agendos a ciuibus consumptos esse statuat aut, quaedam loca meliora drachma constituisse coniciat.

Primum igitur uidetur esse quaerendum, num recte sese habeat Schneideri sententia de Dionysiis urbanis per binos dies celebratis. Protulit ad eam confirmandam ille quidem p. 34 aliquos locos in medium, sed tantum abest, ut, ullo comprobetur eius opinio, ut contra ea testimonia inter se omnino non possint conciliari. Theophrasti (Charact. 9, 2) enim loco (*καὶ ξένοις δὲ αὐτοῦ θεῶν ἀγοράσας μὴ δοῦς τὸ μέρος θεωρεῖν, ἄγειν δὲ τοῖς νέεϊς εἰς τὴν ἰστεραίαν καὶ τὸν παιδαγωγὸν κτλ*) non cogimur, ut de binis diebus cogitemus. Porro quem praeterea affert locum Plutarcheum (de exilio cap. X, *καταβιόντων ἐκεῖ τὸν ἅπαντα χρόνον, πλὴν μίαν ἡμέραν, ἢ Ξενοκράτης καθ' ἕκαστον ἔτος εἰς ἄστν κατ' ἔει Διονυσίοις καινοῖς τραγωδοῖς ἐπιχοσμηῶν, ὡς ἔφρασαν, τὴν ἑορτήν*) quod ita interpretatur, ut dicat primo die tragoedias altero comoedias actas esse omnino non potest fieri, ut illi adsentiamur. Primum enim contra eum monendum est sibi ipsum non constitisse eum; pagina enim 34 de non amplius quam binis, pag. 35 de pluribus diebus Dionysiorum urbanorum cogitat. Recordemur deinde ternos poëtas tragicos quaternis inter se certauisse fabulis. Statuendum igitur nobis esset, si cum Schneidero consentiremus, non minus quam duodenas fabulas eodem die actas esse. Cum uero ad singulas non minus quam unius horae et dimidiae spatium requireretur — id quod unus quisque expertus est, qui his temporibus fabulam antiquam agi uiderit — ad singulas tetralogias circiter septenis vel octonis horis opus fuit. Atque etiam de ea re mihi uidetur posse dubitari, num binae tetralogiae eodem die actae sint, cum una tantum temporis consumeretur. Quae cum ita sint, optime probari posse existimo coniecturam eorum, qui statuunt singulis diebus singulas tetralogias et tempore

postmeridiano comoedias actas esse (cfr. Bekkeri Chariclem II, 286, Wieseleri aduersaria in Aeschlyli Prometheus et Aristophanis Aues pag. 286, et dissertationem Sauppjii: „über die Wahl der Richter in den musischen Wettkämpfen an den Dionysien“ in actis litterarum societatis Lipsiensis anni 1855, Vol. VII, 19—20). Instituti autem theorici temporibus cum fere terni certarent poëtae tragici, ternis diebus actas esse puto et tragoedias et comoedias.

Porro hoc in disceptationem mihi uidetur esse uocandum, quanti singula loca in theatro constiterint. Atque auctor maxime locuples Philochorus de drachma loquitur, apud scholiastas demum et lexicographos de ternis vel de singulis obolis agi uidemus. Ad quam quaestionem maxime pertinet Demosthenicus ille locus (XVIII, 29): *ἀλλ' ἐν τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν ἐθεώρουν ἄν*, ex quo rectissime concludi posse arbitror pro singulis locis singulis diebus binos obolos datos esse et uerba *ἐν τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν* locutionem quandam uulgarem esse, qua significantur uilissima in theatro loca. Schneiderus autem, quod scholio quodam huic loco addito; *ὡς ὀβολὸν παρεῖχον οἱ θεωροῦντες, ὡς ἤδη ἐγνωμεν ὥστε οὖν γνωστόρον, ὅτι οἱ δύο πρέσβεις, Ἀντίπατρος καὶ Παρμενίων, τοῖς δύο ὀβολοῦς ἐδίδοσαν, ὃ εἰς πρὸς ἕνα, ἀλλ' οὐ πρὸς δύο* commouetur, ut existimet per totum Dionysiorum tempus ad theatrum aditum binis obolis tantum esse hoc eo refutauerim, quod non ueri simile esse uidimus per binos dies fabulas esse actas.

Multo rectius ex loco Philochori, ubi de drachma, et ex Demosthenico, ubi de binis obolis agitur, cum Sauppjo colligendum est drachmae theoricum inde natum esse, quod ternis diebus bini oboli darentur, et cum hanc pecuniam inter ciues distributam esse uideamus, hac opus fuisse ad spectandas per Dionysia fabulas.

Deinde quod tradit Ulpianus ad Demosthenis Olynth. I. pag. 13. singulis diebus binos obolos datos

Αριστοτέλης ιστόρηκεν · καὶ ταχὺ θεωρηκοῖς καὶ δικαστικοῖς λήμμασιν ἄλλαις τε μισθοφορίαις καὶ χορηγίαις συνδέκασας τὸ πλῆθος ἐχοῖτο κατὰ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς, ἧς αὐτὸς οὐ μετεῖχε διὰ τὸ μὴτ' ἄρχων μήτε βασιλεὺς μήτε πολέμαρχος λαχεῖν.“

In quibus quamquam extrema καὶ ταχὺ κτλ. ad Aristotelis auctoritatem referenda esse non constat, tamen propter illa *τρέπεται* — *διανομήν* etiam de theorico illum cogitasse ueri uidetur esse simillimum.

Qua de caussa, cur de eo, qui theoricum primus inter ciues distribuendum curaverit, dubitemus, sicuti fecit Onckenius (Athenae et Hellas II, 28), causam non esse existimo, praesertim cum hic locus maxime congruat cum Aristotelis de Pericle iudicio etiam aliis locis facto *)

De eis autem, quos Hesychius tradit, diebus, quibus theoricum diuisum sit (*τὰ εἰς θεῶν τιμὰς καὶ ἑορτὰς διανεμόμενα ἐν τοῖς Παναθηναίοις καὶ Διονυσίοις*), mihi quidem hoc statuendum uidetur non aliunde ea esse petita, quam ex oratorum quibusdam locis, unde de theorico Dionysiis (Isokr. VIII, 82) et Panathenaeis (Dem. in Leocharem, pag. 1091) dato constat. Consentaneum enim est etiam ad Lenaea illud ciuibus esse suppeditatum, cum eis quoque festis diebus Periclis tempore fabulae agerentur.

*) De Pericle quam inuidiose iudicauerit Aristoteles, etiam ex Plutarchi Nicia (cap. II) apparet: *γέγραπεν Ἀριστοτέλης, ὅτι τρεῖς ἐγένοντο βέλτιστοι τῶν πολιτῶν καὶ πατριῶν ἔχοντες εὐνοίαν καὶ φιλίαν πρὸς δῆμον Νικίας ὁ Νικηράτου καὶ Θουκυδίδης ὁ Μελησίου καὶ Θερραμένης ὁ Ἀγροῖσιος, ἦτιον δὲ οὗτος ἢ ἐκεῖνοι.*

Hinc, quod etiam Theramenem inter bonos ciues commemorat Periclis ratione non habita satis perspicitur, quam infensus illi fuerit.

Et ueri simillimum est eum Periclem eiusque consiliorum socios intellexisse haec dicentem (Pol. II, 12, pag. 56 Bk): *τῆς ναυαρχίας γὰρ ἐν τοῖς Μηδικοῖς ὁ δῆμος αἷτιος γενόμενος ἐφρονηματίσθη καὶ ἀδημαγωγοὺς ἔλαβε φαύλους ἀντιπολιτευομένων τῶν ἐπιεικῶν.*

Ad quas distributiones quae opus esset pecunia, eam ex sociorum tributis sumptam esse conclusum est ex Isocr. VIII, 82: οὕτω γὰρ ἀκριβῶς εἴρισσον, ἐξ ὧν ἄνθρωποι μάλιστα ἐν μισηθῆεν, ὥστ' ἐψηφίσαντο τὸ περιγιγνόμενον τῶν φόρων ἀργίριον διελόντες κατὰ τάλαντον εἰς τὴν ὄρχηστραν τοῖς Διονυσίοις εἰσφέρειν, ἐπειδὴν πλήρες ἦ τὸ θῆατρον. Quamquam de his uerbis interpretandis dubitari posse uix negauerim.

Quae cum ita sint, haud difficile est statuere, quo fere tempore theoricum inter ciues diuidi coeptum sit. Atque hoc quidem pro certo mihi uidetur posse dici, hoc non antea factum esse, quam anno Ol. 81, 3 (a. Chr. 455/54), quo tempore Deliacae societatis aerarium Athenas est deportatum.

Quod quamquam negatur ab Onckenio (Athenae et Hellas I, 294) aliisque concludi posse e titulo quodam archonte Aristione (Ol. 89, 4 a. Chr. 421/20) exarato (C. J. A. I, 206), ubi de tricesimo quarto tributorum administrationis anno agitur, tamen obtinuerim, cum ueri non sit simile alium creatum esse magistratum eo tempore, quo hae pecuniae ad commoda Atheniensium collatae sint.

Sed minus certum est iudicium de termino, qui dicitur, ante quem theoricum distribui coeptum sit. Et prorsus errare mihi uidetur Plutarchus, quod rem ita tradit, ut Periclem theorico et iudicium mercede dispertiendis — aliter enim *δικαστικὰ λήμματα* non intellego — animos ciuium sibi conciliare uoluisse dicat ad imminuendam atque destituendam Areopagi potestatem. Quod quo tempore factum sit, quamquam non certo constat, tamen aliquot annis antea Ephialtem illud effecisse uiri docti consentiunt.

Reliquum est, ut, antequam de institutarum theorici distributionum tempore dicere desinam, pauca uideantur addenda.

Primum commemorandum est eas administratas esse ab hellenotamiis, qui dicebantur, qui ex sociorum tributis pecu-

nias suppeditabant dispertiendas inter ciues. Quod hinc ueri est simillimum, quod is magistratus administrabat tributa sociorum, ex quibus ad theoricum suppeditatae esse pecuniae sunt existimandae. Quo munere magistratus illi functi sunt usque ad finem belli Peloponesiaci, quo tempore Atheniensium societas maritima a Lacedaemoniis est soluta.

Praeterea hand abs re erit addere solos ciues theoricum accepisse et eos tantum, qui in tabulis illis, quae dicebantur *ληξιαρχικὰ γραμματεῖα*, essent inscripti. De qua re afferendus est Demosthenes in Leocharem (XLIV, 38, pag. 1092: *τὸν δὲ παρὰ τὸ ψήφισμα τὸ ὑμέτερον ἀξιώσαντα τὸ θεωρικὸν λαμβάνειν πρὶν ἐγγραφῆναι εἰς τοὺς Ὀτρυνεῖς*). Neque eis, qui Athenis non adessent, licuisse theorici fieri participes testatur Hyperides (in Dem. pag. 20: *Καὶ Κόνων μὲν ὁ Παιανιεύς ὅτε ὑπὲρ τοῦ νοῦ ἔλαβε τὸ θεωρικὸν ἀποδημοῦντος, πέντε δραχμῶν ἕνεκεν ἰκετεῶν ὑμᾶς τάλαντον ὄφληνκτι.* *)

Porro quaerendum uidetur, quomodo theorici distributiones institutas esse cogitemus. Quam rem attigit Otto Benn-

*) Quem locum quod ita interpretatur Sauppilus (Ueber die Wahl der Richter pag. 21, Philol. III, p. 631), ut dicat eum quinque pro absente filio theoricum accepisse, refutatur loco illo Dinarcheo (II, 46: *πάλιν τὸν τὴν πεντεδραχμῶν ἐπὶ τῷ τοῦ μὴ παρόντος ὀνόματι λαβόντα*,) ex quo uerbo *πεντεδραχμῶν* concludi posse existimo de summa quadam quinque drachmarum eodem die data esse cogitandum.

Fritzchius autem quod existimat nunquam nisi drachmae fuisse theoricum, hoc nihil confert ad hanc Hyperidei loci interpretationem refutandam. Primum enim is eiusmodi locis nisus est hoc demonstrans, quibus de origine theorici agatur. Deinde Hyperidis tempore omnibus quae superessent pecuniis ad theoricum impensis fieri potuit, ut ciues quinarum drachmarum theoricum acciperent. Denique e Plut. de re publ. gerenda 25 — quamquam ei narratiunculae fidem non habendam esse infra efficiam — concludendum esse censeo etiam drachma maius theoricum distributum esse.

dorfius: Beiträge zur Kenntniss des attischen Theaters (Zeitschrift für oesterreichische Gymnasien 1875). Qui hoc recte mihi uidetur conclusisse (pag. 22) tributum theoricum diuidi esse solitum e Luciani Timone cap. 49: „ὁ ῥήτωρ Ἀημέας — ἐπειδὴ πρόην ἔλαχε τῆ Ἐρεχθίδι φυλῆ διανέμειν τὸ θεωρικόν.“ Quo ex loco etiam id existimo apparere non ipsos hellenotamias curauisse inter singulos ciues distribuendum theoricum sed ciues quosdam sorte electos.

Praeterea ex uerbis Demosthenis (in Leocharem 39, p. 1091: καὶ ἐπειδὴ οἱ ἄλλοι δημόται ἔλαβον (scil. τὸ θεωρικόν) ἡξίου καὶ αὐτῷ δίδοσθαι iure collegisse eum censo singulorum pagorum ciues, quorum nomina iu tabulis illis, quae uocabantur ληξιαρχικὰ γραμματεῖα, inscripta essent, una in contionibus theoricum accepisse.

Deinde Benndorfius conatur comprobare ita theoricum esse ciuibus datum, ut non ipsa pecunia sed tesserae distribuerentur quibus in theatrum aditus pateret. Atque sic ille argumentatus est pag. 20: „Ueberliefert wird, dass das Theorikon beim Eintritt in das Schauspiel entrichtet wurde an Controlleure des Theatrones, der das Theater oder die Theatereinnahmen dem Staat abgepachtet hatte. Es floss also theilweise an den Staat zurück. Bei dieser Einrichtung wäre Baarzahlung zumal eine umständliche Ausgabe von Kleingeld unpraktisch gewesen und würde den ausgesprochenen Zweck des Theorikon verfehlt haben. Denn man hätte keinerlei Bürgschaft gehabt, dass die Spende wirklich zum Ankauf von Theatergeld verwendet wurde; vielmehr würde man auch solchen, die jeweilig verhindert oder gar nicht gesonnen waren, den Vorstellungen beizuwohnen, Geld eingehändigt und sich damit eine grössere Ausgabe als nöthig war, aufgebürdet haben. Kurz das Theorikon ist nicht ein Geschenk von Geld, sondern von Freibillets gewesen.“

Quae sententia num uera sit, ad modum mihi quidem uidetur posse dubitari. Primum non eis solum diebus theo-

ricum datum esse traditur, quibus ludi scaenici agerentur, sed etiam aliis festis. Et mirum sane quid cum illo statueremus, si putaremus eis diebus, ubi fabulae docerentur, ciues tesseras, aliis pecuniam accepisse. Quidni censeamus — sicut etiam his temporibus fieri solet — antea tesseras illas emptas esse ea quam ciues acceperint pecunia?

Deinde quod hac tesserarum distributione cautum esse existimat, ne Athenienses pecuniam pro theorico acceptam ad alia quaedam consumerent non ad locum in theatro conducendum, obiciendum ei arbitror Athenienses ludis saenicis maxime fuisse intentos ob eamque caussam non uerendum fuisse, ne increbresceret is abusus, ut ei theoricum alios ad usus conferrent. Deinde ipse eam uiam indicauit, qua rei publicae fraus posset fieri, ut ab eis, qui tesseras accepissent, eae uenum darentur eis, quibus non publice darentur.

Atque quod pro testimoniis tesseras multas Athenis repertas attulit, eis perlustratis nihil aliud inuenio comprobatum nisi eas ad locum in theatro conducendum extitisse.

Denique quod ad sententiam suam confirmandam quosdam titulos Atticos in medium protulit, de his postea uidebimus.

De theorici distributionibus tempore belli Peloponnesiaci factis.

Theorici diuisionem hoc modo a Pericle institutam tempore ineuntis belli Peloponnesiaci non puto esse sublatam. Etenim cum ad eam haud magna impensa esset facienda, quoniam ab eo, qui theatrum conduxit, magna pars earum pecuniarum, quae distributae erant, rei publicae reddebatur, primis illius belli temporibus theoricum non desisse diuidi mihi ueri uidetur simillimum.

Praeterea de anno 411, ubi quadringentorum illorum uirorum oligarchia est instituta a Pisandro, haec a Thucydide traduntur:

VIII, 65: λόγος δὲκ τοῦ φανεροῦ προεῖργαστο αὐτοῖς, ὡς οὔτε μισθοφορητέον εἶη ἄλλους ἢ τοῖς στρατευομένοις κτλ.

VIII, 67: ἐνταῦθα δὴ λαμπρῶς ἐλέγετο μήτε ἀρχὴν ἀρχεῖν μηδεμίαν ἔτι ἐκ τοῦ αὐτοῦ κόσμου μήτε μισθοφορεῖν.

Quodsi recordabimur uerbo illo *μισθοφορεῖν* * earum maxime pecuniarum usum significari, quas pro mercede iudiciali aut contionali aut pro theorico ciues accipiebant, intellegemus etiam huius diuisiones ad id tempus ualuisse.

Quadringentorum illorum dominatione abolita et summa imperii quinque millibus ciuium commissa etiamtum constitutum esse, ne ulla merces daretur, inuenimus apud Thucydidem VIII, 97: ἐν ἱπερ καὶ τοῖς τετρακοσίοις καταπαύσαντες τοῖς πεντακισχίλοις ἐψηφίσαντο τὰ πράγματα παραδοῦναι (εἶναι δὲ αὐτῶν, ὅποσοι ὄπλα παρέχονται) καὶ μισθὸν μηδένα φέρειν μηδεμιᾷ ἀρχῇ.

Quae rei publicae forma, quae ab hoc scriptore *μετρία* ἐς τοὺς πολλοὺς καὶ ὀλίγους *ξύγκρασις* nominatur, haud diu uidetur mansisse (cfr. Guilelmi Vischeri dissertationem: Untersuchungen über die Verfassung Athen's in den letzten Jahren des Peloponnesischen Krieges), cum iam anno Ol. 92, 3 (a. Chr. 401/9) pecunias satis magnas *εἰς τὴν διωβελίαν* i. e. duorum obolorum largitionem hellenotamiis numeratas esse uideamus (C. J. A. I, 188). Atque etiam annorum Ol, 93, 2 (407/6 et Ol. 93, 3 (406/5) extant quaedam titulorum fragmenta, in quibus ipsis quoque uerba „*εἰς τὴν διωβελίαν*“ occurrunt.

Sed quid uerbis illis significari censeamus? Atque Boeckhius, quem plurimi sequuntur uiri docti antiquitatum Graecarum peritissimi, uocem illam ad theoricum spectare

* cfr. Theopompum apud Athenaeum IV, pag. 166: ὁ τῶν Ἀθηναίων δῆμος τὰς προσόδους καταμισθοφορῶν et Aristophanis Ecclesiazusas v. 206: τὰ δημόσια γὰρ μισθοφοροῦντες χρεῖματα.

existimauit, alii et primus quod soiam Fritzschius Restochiensis (de mercede iudicum apud Athenienses Rostochii 1839) ad mercedem iudicum eam rettulerunt.

Antequam autem ad titulos illos accuratius perlustrandos et inter se conferendos accedam, paucis inquirendum mihi uidetur in usum uerbi *διωβελία*.

Cuius significationem is, qui Etymologicum quod uocatur Magnum conscripsit, tradit esse hanc: „ὄβζλοὶ δύο, οὓς καθήμενος ὁ δῆμος ἐμισθοφόρει“.

Haec uerba ita sunt comparata, ut potius ad mercedem contionalem et iudiciale referenda esse existimaueris. Mirum enim alicui uideatur uocem illam *καθήμενος ἐμισθοφόρει* ad theoricum referre ob eam quidem caussam, quod non eo populus binos illos obolos merebat, quod in theatro sedebat, sed idcirco ei dabantur, ut spectacula posset adire. Mercedes autem contionalis et iudicialis eo merebantur, quod ciues sedebant in iudicio et contionibus. Sed concedendum est grammatici illud testimonium nullius esse auctoritatis ob eamque caussam inde certum argumentum non posse peti.

Praeterea inuenimus uocem *διωβελίαν* apud Xenophontem in Hellenicis (I, 7, 2):

„Ἀρχέδημος ὁ τοῦ δήμου τότε προεστὴ κῶς ἐν Ἀθήναις καὶ τῆς διωβελίας ἐπιμελόμενος Ἐρασινίδη ἐπιβολὰς ἐπιβαλῶν — Κατηγόρει.“

Quem locum adductus uerbis *ἐπιβολὰς ἐπιβαλῶν* ita censeo interpretandum, ut Archedemo quandam pecuniarum publicarum curam permissam esse arbitremur. Itaque ueri est simillimum eum hellenotamiae munere esse functum, eius magistratus, qui pecunias ad theoricum necessarias praeberet

Denique afferendus est hic Aristotelis locus:

(Pol. II, 7, pag. 39 Bk): ἐτι δ' ἡ πονηρία τῶν ἀνθρώπων ἀπληστον· καὶ τὸ πρῶτον μὲν ἰκανὸν διωβολία μόνον, ὅταν δ' ἤδη τοῦτ' ἢ πατριον, αἰεὶ δέονται τοῦ πλείους, ἕως εἰς ἀπειρον ἔλθωσιν.

Qui locus ad theoricum referendus esse ob eam causam mihi uidetur, quod nulla distributionum publicarum tanta incrementa cepit, ut de ea „*ἕως εἰς ἄπειρον ἔλθωσιν*“ dici possit, quam theoricum. Quamquam enim Aristoteles in re publica Atheniensium (Suidas et Photius s. u. *ὑπὲρ τὰ Καλλικράτους*, Flut. Prou. Alex. No. 811, Zenob. VI, 29) de mercede iudicum dicit: *Καλλικράτην τινὰ πρῶτον τοῖς δικαστικοῖς μισθοῖς εἰς ὑπερβολὴν αἰξῆσαι*, tamen cum Boeckhio (I, 333) ita de hoc loco iudicauerim, ut rogationem quandam Callicratis, non uere auctam iudicum mercedem Aristotelem significasse censeam.

Διωβελίας igitur uocem ad theoricum spectare ueri est simile. Atque quod Fritzschius hoc ob eam causam negauit, quod theoricum fuerit drachma, haec difficultas continuo expeditur si recordabimur binos singulis diebus obolos esse datos.

Sed accedamus ad titulos illos. Atque primo (C. J. A. I, 188), quo continentur rationes magistratum anni Ol. 92, 3 (410/9) quinque anni diebus hellenotamiis datam esse inuenimus summam sedecim talentorum quattuor milium sexcentarum octoginta septem drachmarum trium et dimidii obolorum, altera tabula mensibus Metagitnionē et Boedromionē anni Ol. 93, 2 (407/6) senas pecuniae expensas ad diobeliam factas esse, priore mense plus mille ducentarum quinquaginta drachmarum quinque obolorum (uel plus quinque talentorum si primam summam — id quod propter multitudinem earum, quae exciderunt litterarum tituli que formam mutilam statuere licet — plus quinque talentorum fuisse arbitramur), altero plus quadringentarum uiginti drachmarum unius et dimidii oboli. (Hac de summa pro certo iudicari nequit).

Tertia denique tabula uidemus mense Munichionē anni Ol. 93, 2 (407/6) duo talenta et unum obolum ad diobeliam data esse ad eandemque rem anni Ol. 93, 3 (406/5) mense

Pry- tania.	Ol. 92,3	Ol. 93,2		Ol. 93,3
I.				*
II.		5—9 dr. 113 946 d. 1 ob. 12 dr. 161—170 d. 150 d. 4 ob.	15 dr. 4ob. 162 dr. 2ob. 85d. 56 dr, 1ob. 82d. 28.	
III.	2 tal.			
IV.	8 tal. 1354 dr.			
V.	4 tal. 2200 dr.			
VI.				
VII.	1 tal. 1 tal. 1231 dr. 3ob.			
VIII.		* 2 t. 1 ob.		
VI.				
X.				
	16 t. 4787 dr. 3 ob.			

* Diobelia commemoratur illa quidem, sed summa pecuniae non seruatur.

Hecatombaeone quasdam pecunias suppeditatas, quae certe non possint dispici.

Quibus titulis inter se comparatis primum eo offendimur, quod illae ad diobeliam pecuniae nec eodem tempore tributae sint nec eadem magnitudine. (Cfr. pag. 15.)

Atque cum summas maxime exiguas hellenotamiis inueniamus numeratas, hoc mihi uidetur apparere illas additas esse eis pecuniis, quae iam suppeterent hellenotamiis ad diobeliam administrandam. Et habet, quo commendetur Boeckhii (II, 8,) coniectura, quod iudicat has pecunias ab hellenotamiis rei publicae mutuo creditas postea autem redditas esse intellegendas; Benndorfius autem quod pag. 25 has summas datas esse existimat pro tesseris ab architectonibus praestitis: eodem reuoluo, ut quaeram, quomodo sibi fingat tesserarum disiributiones eis festis diebus, quibus ludi scaenici non agerentur, inter ciues factas. Deinde pecunias illas paruas, quae in altero titulo occurrunt, pro tesseris a ciuitate datas esse haud quisquam censebit ueri esse simile.

Qua de causa Boeckhii interpretatio horum titulorum multo uidetur probabilior quam Benndorfii.

Atque quod Fritzschiis censet haud facile potuisse fieri ut propter opes Atheniensium expeditionis in Siciliam factae euentae maxime afflictas cogitemus de tantis pecuniis pro theorico distributis, monendum est tum opes Atheniensium uictoriis illis ab Alcibiade in Hellesponto reportatis coepisse reuiscere ob eamque causam non esse mirandum, quod ei dies festos lautiore sumptu agerent.

Deinde quod (C. J. A. I, 189 a ter (uerss. 3, 7, 19) uerbis *εις τὴν διωβελίαν* adiectum est *τῆ Ἀθηναίᾳ Νιζῆ* recte mihi uidetur coniecisse Benndorfius (pag. 607) cogitandum esse de Niceteriis mense Boedromione et tum quidem, cum Alcibiades paucis mensibus antea Athenas redisset.

lautius celebratis.*) Quam interpretationem si sequemur, facile expeditur difficultas in uerbis εἰς τὴν διωβελίαν τῆς Ἀθηναίᾳ Νίκῃ latens, de qua Kirchoffius (C. J. A. I, pag. 88) certum iudicium adhuc ferri non posse arbitratur.

Illud autem non iam dubitari posse uidetur, ex quo de tituli illius scriptura certo constat, uere Boeckhium διωβελία ad theoricum retulisse falsumque esse Fritzschiu uoce illa iudicum mercedem significari ratum.

Hoc autem Boeckhio non concedo, quod contra Fritzschiu comprobare studet de mercede iudicum ob eam causam non esse cogitandum, quod ea nunquam binorum fuerit obolorum.

Primum igitur afferenda sunt Aristophanis scholiastarum testimonia, quibus hac in re haud parua tribuenda uidetur auctoritas.

Ex quo numero haec sufficere eligeret:

Ad Uespas 88. ἐδίδοτο δ' αὐτοῖς χρόνον μὲν τινα δίο ὀβολοί, ἴσπερον δὲ Κλέων στρατηγίᾳ τριώβολον ἐποίησεν ἀζιμάζοντος τοῦ πρὸς Λακεδαιμονίους πολέμου.

Ad Uesp. 682: τοὺς τρεῖς ὀβολοίς τὸν φόρον λέγει, ἀφ' ὧν ἐδίδοτο τὸ τριώβολον. τοῦτο δὲ ἄλλοτε ἄλλως ἐδίδοτο τῶν δημαγωγῶν τὸ πλῆθος ζολακευόντων, ὡς φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν Πολιτείαις.

Ad Ann. 1540: οἷχ εἰστίχει δ' αὐτοῖς τὸ τριώβολον πολλαχοῦ γὰρ καὶ δίο ὀβολοὺς εἰλήφασιν.

Quibus Aristophanis scholiastarum locis, quos ex magna multitudinē elegi, satis puto probari et aliis temporibus aliam fuisse mercedem iudicum et quibusdam temporibus etiam eam binorum obolorum fuisse. Praeterea ex uerbis: οἷχ εἰστίχει δὲ αὐτοῖς τὸ τριώβολον concludendum est quadam aetate ternorum obolorum mercedem esse imminutam. Uer-

*) Ad aliud anni tempus referenda sunt sacra εἰς τὴν Ἀθηναίᾳ τῆς Νίκῃ facta, quae memorantur in titulis ephēborum. V. Dumont: sur l'ephēbie Attique I, p. 291.

bis enim οἶχ εἰστήκει cum adiectus sit dativus αὐτοῖς, ea sic conuerterim: „Non duravit“, uel „non mansit eis trioboli merces“. Et maxime probabilis mihi uidetur coniectura Vischeri (Untersuchungen pag. 20), quod statuit eo tempore quo mercedes a quadringentis illis abolitae restituerentur, binorum obolorum mercedem iudicum esse institutam. Nam illis temporibus eam non maiorem fuisse comprobatur loco quodam Aristophanis Ranarum, ubi uerss. 139—141 haec leguntur:

Διώνυσος · Φεῦ.

ὡς μέγα δύνασθον πανταχοῦ τῶ δὴ ὀβολῶ ·

Πῶς ἠλθέτην ἐκεῖσε;

Ἡρακλῆς ·

Θησὲς ἤγαγεν.

Quem locum ad theoricum spectare — id quod Boeckhii uoluit (I, 310) — Vischerus (pag. 20) negauit et ad iudicum mercedem referendum esse optime demonstrauit. Qui rectissime monuit duos illos obolos mercedem esse, quae daretur pro aliqua re praestita et pro eo quidem negotio, quod antea gratuito esset gerendum. Itaque optime comparari Charontem, de quo hoc loco agitur, cum iudicibus Atheniensium, qui cum antea nihil accepissent munere suo fungentes, postea hominis cuiusdam insignis deque ciuibus egregie meriti — optime a poeta Theseus cum Pericle confertur cfr. Fritschium pag. 10 — mercedem pro gesto negotio adipiscerentur.

Quae cum ita sint, maxime est consentaneum Aristophanem de iudicum mercede cogitauisse et hanc Ranarum eius actarum tempore binorum fuisse obolorum.

Quae cum ita sint, errare puto Boeckhium, quod negat unquam fuisse binorum obolorum mercedem iudicum.

Theorici diuisiones mansisse sunt existimandae usque ad finem belli Pelsponnesiaci. Quo tempore cum triginta illorum uirorum a Lacedemoniis institueretur oligarchia, eodem modo, quo antea a quadringentis illis, et theoricum et mercedes uidentur ab eis sublatae.

De theorico restituto eiusque magistratibus.

Pulsis illis triginta qui uocabantur tyrannis a Thrasybulo democratiaque restituta haud ita multo post distributiones illae pecuniarum publicarum restitutae uidentur. Quod inde comprobandum censeo, quod iam ante Aristophanis Ecclesiazusas, quae ante annum 390 actae sunt, merces contionalis aucta traditur ab Agyrrhio nec ueri uidetur simile eodem tempore eam mercedem et restitutam esse et auctam. Quae de caussa haud multis annis post pulsos triginta uiros et mercedes illas publicas et theoricum restituta existimauerim.

Et quod plerumque Agyrrhios demagogus hoc effecisse traditur, hoc ita mihi uidetur esse restringendum atque praecidendum, ut moneam theorici diuisiones ab eo dici amplificatas neque aliud de eo tradi. Neque uerisimile est eodem tempore et restitutum esse theoricum et auctum. Quamquam non negauerim utrumque ab eo fieri potuisse.

Quo tempore cum soluta Atheniensium societate maritima non iam extarent hellenotamiae, illius distributionis cura nouis demandata est magistratibus, qui uocabantur: ἀρχὴ ἐπὶ τῷ θεωρικῷ, οἱ ἐπὶ τὸ θεωρικὸν χειροτονημένοι, ἐπὶ τῶν θεωρικῶν τεταγμένοι, ἐπὶ τῷ θεωρικῷ ὄν, ἐπὶ τῶν θεωρικῶν κατασταθεῖς, θεωρικὴ ἀρχή, ἀρχὼν τῶν θεωρικῶν, οἱ ἐπὶ τὸ θεωρικὸν ἱρημένοι (cfr. Boeckhium I, 250).

Quorum munus annum uidetur fuisse ob eam caussam, quam iam Boeckhio recte indicauit, quod apud Aeschinem III, 24 inuenimus haec:

„Καὶ μοι ἀνάγνωθι, ἐπὶ τίνος ἀρχοντος καὶ ποίου μηνὸς καὶ ἐν τίνι ἡμέρᾳ καὶ ἐν ποίᾳ ἐκκλησίᾳ χειροτονήθη Δημοσθένης τὴν ἀρχὴν τὴν ἐπὶ τῷ θεωρικῷ“. Etenim si complurium fuisset annorum, ille orator certo testimoniis comprobare studuisset, ἀπὸ τίνος ἀρχοντος μέχρι τίνος Demosthenes munere suo functus esset.

Hoc autem Boeckhio non concedo, quod dicit (I, 250 adn. a): „Doch muss das Amtsjahr der Vorsteher nicht mit dem bürgerlichen gestimmt haben, sonst könnte Aeschines

gegen Ktesiphon pag. 416 nicht so viel Umstände machen, um zu beweisen, dass Demosthenes noch Theorikenvorsteher war, als Ktesiphon ihn bekränzen wollte.“

Cui respondendum censeo oratores apud iudices dicentes etiam eas res, quae parui fuerint momenti, accuratissime testimoniis comprobare solitos esse et hanc ob causam Aeschinem etiam, quo die creatus sit ad theoricum Demosthenes, recitandum curare. Praeterea distinguenda sunt id tempus, quo electus est magistratus, et id, quo munus suum iniit.

Ac de numero quidem eorum, qui theorico praessent, nihil certi constat. Ueri autem est simile tot, quot erant tribus, fuisse, i. e. denos quotannis.

Agendum est praeterea hoc loco de inscriptione quadam, in qua uerba ἐπὶ τὸ θεωρικόν legimus (C. J. A. II, 114)

Ubi haec leguntur:

γραμματεὺς κατὰ πρωτανείαν ·
 Κλέοστρατος Τιμοσθένους Διγλιεῖς ·
 ἐπὶ τὰ ψηφίσματα
 Δημόφιλος Πανταλέοντος Ἀγροκλήθεν.
 ἐπὶ τὸ θεωρικόν*
 Κηφισοφῶν Κεφαλίωνος Ἀθηναῖος ·
 βουλῆς ταμίαι
 Ἀττικλῆς Ἀριστοζόατος Κυδαθηναεῖς ·
 Δρομοκλείδης Θρασυμίδου Ἀγροῖσιος ·

Ac rerum quidem conexus interprete Ulrico Koehlero hic est: „Senatus cum de celebratione ludorum scaenicorum Dionysiis Magnis Ol. 109, 2 (344/43) actorum bene meritus esset, populus in contione, quae post sollemnia illa in theatro habebatur, scinerat, ut senatui corona aurea conferretur, deinde ut ei senatores, qui ceteris praestitissent, muneribus pecuniariis ornarentur. Senatus autem decreuit in

* Hoc solo loco titulorum Atticorum adhuc publicatorum inuenimus uocem θεωρικόν.

memoriam huius rei ex eisdem ni fallor pecuniis Uolcano et Mineruae, quae cognomine Hephaestiae una cum Uolcano colebatur, donum ponendum in eoque nomina senatorum quorundam et populiscitum nec non ipsius senatus decretum incidenda esse.“ Nomina autem illa, quae attuli, uidentur esse senatorum, qui et ipsi laude uidebantur digni. Quod elucet ex inscriptionis illius uerbis: ἐπιγρα [έψαι βουλ] εὐτάς πατρόθεν καὶ τοῦ δή [μου οἰ ἐφ' ἑ γμ[εί]α τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου (ἔδυσαν : Huic autem, qui hic commemoratur, Cephisophonti id uidefur commissum esse, ut prospiceret, ut theorici diuisiones Dionysiis instituendae recta uia procederent. Qua de causa hunc, qui hoc loco commemoratur ἐπὶ τὸ θεωρικὸν creatus, non puto esse magistratum theorici.

Quoniam de restitutis eius distributionibus diximus, uideamus, quanta ea ceperint incrementa. Atque hoc opera plerumque traditur factum esse Agyrrhii demagogi. De quo haec tradit Harpocratio s. u. *θεωρικά*:

„*θεωρικά ἦν τινα ἐν κοινῷ χρήματα ἀπὸ τῶν τῆς πόλεως προσόδων συναγόμενα · ταῦτα δὲ πρότερον μὲν εἰς τὰς πολέμου χρείας ἐφιλάττετο, ὕστερον δὲ κατετίθετο εἰς τε τὰς δημοσίας κατασκευὰς καὶ διαγομάς, ὧν πρῶτος ἤρξατο Ἀγύρριος ὁ δημαγωγός.*“

Atque cum postea auctores afferat Philochorum et Philinum, suam de theoricis notitiam optimis uideatur debere fontibus. Quam ob causam fidem ei non abrogandam esse existimo.

Sed habent praeterea eius uerba, quo ueritas eorum comprobetur. Eubuli enim tempore cum maximas pecunias inter ciues distribui solitas esse uideamus, iam antea eas distributiones aliquantum auctas esse mihi quidem uideatur esse existimandum. Fieri enim haud facile puto potuisse, ut usque ad illam aetatem non plures theorici loco pecuniae ciuibus darentur, quam distributionis eius post trigintauiros restitutae aetate.

Si denique quaerimus, quo tempore hoc modo amplificatae sint ab Agyrrhio distributionis theorici, de ea re quidquam certi proferri uix posse puto.

Forsitan cum Boeckhio (I, 316) de eo tempore cogitandum sit, quod praecedit annum (389/88), quo anno Agyrrhios, fortasse propter auctas mercedes* et theorici diuisiones, post Thrasybulum dux est creatus. Praeterea habet quo commendetur sententia a Schneidero (pag. 239) prolata, quod statuit, cum Diophanto archonte (Ol. 96, 2 = 395/94 a. Chr.) non amplius quam drachmae theoricum datum sit (cfr. Zenobium III, 27 s. u. δραχμὴ χαλαζῶσα, Hesychium, Suidam ad eandem locutionem), post illud demum tempus eius diuisiones amplificatas esse.

De tempore Eubuli.

Quae distributiones magna incrementa cepisse legibusque confirmatae esse traduntur tempore Eubuli.

Ciues autem, cum multum acciperent ad dies festos celebrandos, non miramur, quod nihil magis cupiebant, quam pacem, ob eam scilicet caussam, ut quam plurima theoricadarentur, et segnitiae otioque se tradebant. De qua re maxime queri uidemus Theopompum et apud Athenaeum IV, pag. 166 de et apud Harpocrationem s. u. *Εὐβουλος*.

Atque Athenaeus quidem haec dicit:

„*Εὐβουλὸν φησι τὸν δημαγωγὸν ἄσωτον γενέσθαι τῇ λέξει δὲ ταύτῃ ἐχρήσατο καὶ τοσοῦτον ἄσωτία καὶ πλεονεξία διενήνοχε τοῦ δήμου τῶν Ταραντίνων (scil. ὁ δῆμος τῶν Ἀθηναίων), ὅσον ὁ μὲν περὶ τὰς ἐστιάσεις μόνον εἶχεν ἀκρατῶς, ὁ δὲ τῶν Ἀθηναίων καὶ τὰς προσόδους καταμισθοφορῶν διατετέλεκεν*“

Apud Harpocrationem autem haec legimus: ὅτι δὴ δημαγωγὸς ἦν ἐπιφανέστατος (scil. *Εὐβουλος*), ἐπιμελής τε καὶ φιλόπονος, ἀργύριον συχνὸν πορίζων τοῖς Ἀθηναίοις διένειμεν. διὸ καὶ τὴν πόλιν ἐπὶ τῆς τούτου πολι-

* Illo enim tempore etiam mercedem conditionalem ab eo auctam esse constat.

τείας ἀνανδροτάτην καὶ ὀφθαλμοτάτην συνέβη γενέσθαι.
Θεόπομπος ἐν τῇ δεκάτῃ τῶν Φιλιππικῶν.

Atque praeterea sicut alias Theopompum uidetur ex-
scripsisse Justinus, qui haec dicit (VI, 9):

„Huius (scil. Epaminondae) morte etiam Atheniensium
uirtus intercidit, si quidem amisso, cui aemulari consueue-
rant, in segnitiam torporemque resoluti non ut olim in clas-
ses et in exercitus, sed in dies festos apparatusque ludorum
reditus publicos effundunt et cum actoribus nobilissimis thea-
trum celebrant, frequentius cenam quam castra uisentes uer-
sificatoresque meliores quam duces laudantes. Tum uecti-
gal publicum, quo antea milites remigesque alebantur, cum
urbano populo diuidi coeptum est. Quibus rebus etc.“

Quo loco uectigal illud publicum, quo antea milites
remigesque alebantur, idem esse atque στρατιωτικὰ quis
non uidet?

De eademque re agere uidemus Philinum apud Harpo-
crationem s. u. θεωρικά· Φιλῖνος δὲ ἐν τῇ πρὸς Σοφοκλέ-
ους καὶ Εὐριπίδου εἰκόνας περὶ Εὐβούλου λέγων φησὶν·
ἐκλήθη δὲ θεωρικόν, ὅτι τῶν Διονυσίων ἵπογίων ὄντων
διένειμεν Εὐβουλος εἰς τὴν θυσίαν, ἵνα πάντες ἐορτάζωσι
καὶ τῆς θεωρίας μηδεὶς τῶν πολιτῶν ἀπολίπηται δι' ἀσ-
θένειαν τῶν ἰδίων.

His e locis apparere existimo Eubulum legem quandam
tulisse, qua sanciretur, ut etiam eae pecuniae, quae, e redi-
tibus superfluae, ad belli usus reseruatae essent antea, pro
theorico diuiderentur.

De alia lege Eubuli aetate lata ab Atheniensibus doce-
mur apud Aeschinẽm III, 25:

„διὰ τὴν πρὸς Εὐβουλον γενομένην πίστιν οἱ ἐπὶ
τὸ θεωρικόν χειροτονημένοι ἤρχον μὲν πρὶν ἢ τὸν
Ἠγήμορος νόμον γενέσθαι τὴν τοῦ ἀντιγραφῆως ἀρχὴν,
ἤρχον δὲ τὴν τῶν ἀποδεκτῶν, καὶ νεώριον καὶ σχευοθή-
κην ὠκοδόμουν, ἦσαν δὲ καὶ ὄδοποιοὶ καὶ σχεδὸν τὴν ὅλην
διοίκησιν εἶχον τῆς πόλεως.“

Qua lege cum constitueretur, ut etiam is magistratus, qui dicebatur *ἀντιγραφεὺς* — hunc eum fuisse, qui *τῆς διοικήσεως* uocabatur Boeckhius (I, 260—61) rectissime mihi uidetur monuisse — et *ἡ ἀρχὴ τῶν ἀποδεκτῶν* theoricis praefectorum auctoritati esset subiectus, cautum uidetur, ne quidquid superesset ex singulorum numerum administratione, eos fugeret.

De qua re quamquam Aeschines ita agit, ut dicat Eubuli gratia ciues hanc legem dedisse, tamen ueri est simillimum eum huius instituti auctorem fuisse, etiam si ab alio quodam — eius fortasse assecla — ea lex est rogata.

His quae proxime insequuntur temporibus de theoricis litem quandam fuisse memoriae est proditum, cuius ex euentu cognoscere licet, quantum mali ex illis de pecuniarum publicarum largitionibus legibus redundauerit in ciuitatem. De qua re docemur oratione Apollodori in Neaeram habita, quae cum olim Demostheni tribueretur, inter eius orationes traditur. Ubi haec leguntur § 3 et eis, quae sequuntur :

„*Προεληλυθότος τοῦ χρόνου λαγχάνει βουλευεῖν Ἀπολλόδωρος · δοκιμασιεῖς τε καὶ ὁμόσας τὸν νόμιμον ὄρκον συμβάντος καιροῦ τῇ πόλει τοιοῦτου καὶ πολέμου, ἐν ᾧ ἦν ἡ κρατήσασιν ἡμῖν μέγιστοις τῶν Ἑλλήνων εἶναι καὶ ἀναμφισβητήτως τὰ τε ὑμέτερα αὐτῶν κεκομίσθαι καὶ καταπεπολεμηκέναι Φίλιππον ἢ ὑστερήσασιν τῇ βοήθειᾳ καὶ προεμένοις τοῖς συμμάχοις δι' ἀπορίαν τῶν χρημάτων καταλυθέντος τοῦ στρατοπέδου, τοῦτους τ' ἀπολέσασιν καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ἀπίστους εἶναι δοκεῖν καὶ μελλόντων στρατεύεσθαι ὑμῶν πανδημεὶ εἰς τε Ἐββοίαν καὶ Ὀλυνθον ἔγραψε ψήφισμα ἐν τῇ βουλῇ Ἀπολλόδωρος βουλευὼν καὶ εἰσήνεγκε βούλευμα εἰς τὸν δῆμον λέγων διαχειροτονησάτω εἴτε δοκεῖ τὰ περιόντα χρήματα τῆς διοικήσεως στρατιωτικὰ εἶναι ἢ θεωρικά, κελυόντων τῶν νόμων ὅπότεν πόλεμος ἢ τὰ περιόντα χρήματα τῆς διοικήσεως στρατιωτικὰ εἶναι, κίριον δ' ἡγοούμενος τὸν δῆμον εἶναι περὶ τῶν αὐτοῦ κτλ.“*

Et quamquam populus rogationem eius probauit — quamquam concedo uerbis *οὐδεὶς ἀντεχειροτόνησε* nimium ab oratore dictum esse —, ille a Stephano quodam *παράνομων* est accusatas et quindecim talentis multatus. Quae poena, cum tantam pecuniam eum soluere non posse iudices intellexissent, precibus eius ita, ut non amplius quam unum talentum ei soluendum esset, ab Apollodoro traditur immunita.

Qua de re equidem ita iudicauerim, ut statuam etiamtum legem extitisse illam quidem, re autem uera aliis quibusdam legibus esse oblitteratam (Olynth. III, 11: *ὧν οἱ μὲν τὰ στρατιωτικὰ τοῖς οἴκοι μένουσι διανέμουσι θεωρικά*). Ut ita statuamus, uerbo *διαχειροτονησαι* adducimur, quo comprobetur penes populum potestatem fuisse suffragandi, utrum pecunias, quae ex administratione rei publicae superessent, ad belli usus an ad theoricum impendendae essent. Quae cum ita sint, Sauppü (ad Olynth. I, 19) sententia non uera esse uidetur, quod arbitratur Apollodorum ueterem quandam legem additis uerbis *ὅποταν πόλεμος ᾗ* restituere uoluisse.

Qua cum lite arctissime cohaeret alia quaestio. Legimus enim apud grammaticos haud multo post causam illam diiudicatam Eubuli opera lege praeceptum esse, ut quae theorica ad bellum impendenda esse censuisset, morte multaretur. De qua re Libanius ad Demosthenis Olynthiacam primam tradit haec;

„οὐκέτι οὖν ἤθελον ἐξιέναι καὶ κινδυνεύειν, ὁλλὰ καὶ νόμον ἔθεντο περὶ τῶν θεωρικῶν χρημάτων θάνατον ἀπειλοῦντα τῷ γράψαντι μετατεθῆναι ταῦτα εἰς τὴν ἀρχαίαν τάξιν καὶ γενέσθαι στρατιωτικά.“

Et Ulpianus, qui fertur, ad eandem orationem pag. 9 haec adnotat:

ἐπιχειρήσαντος Ἀπολλοδώρου υἱὸς πάλιν ἀντὰ (scil. τὰ θεωρικά) ποιῆσαι στρατιωτικὰ βουλόμενος Εὐβουλος ὁ πολιτευόμενος δημαγωγὸς ὧν πλείονα εὐνοίαν ἐπισπάσασθαι τοῦ δήμου πρὸς ἑαυτὸν ἔγραψε νόμον τὸν

κελεύοντα θανάτῳ ζημιοῦσθαι, εἴ τις ἐπιχειροίη μεταποιεῖν τὰ θεωρικὰ στρατιωτικά.“

De qua lege cum praeterea nihil usquam memoriae sit proditum, iam complures uiri docti existimauerunt hanc omnino non extitisse ueluti Sauppins (ad Olynth. I, 19), Boehneckius (Forschungen auf dem Gebiete der attischen Redner I, 184), Grotius (VI, 282), Westermannus (ad Olynth. III, 11), Weilius (Les Harangues de Démosthène pag. 163—68).

Contra quos legem illam retinent maxime Arnoldus Schaeferus (De Demosthene eiusque aetate III, 184) et, qui nunc editionem orationum Demosthenicarum a Westermannō incohatam curat, Aemilius Muellerus (Vol. I, 390—404).

Atque maxime quidem in disputationem sunt uocandi loci quidam Demosthenici, quibus qui legem illam uere extitisse censent, sententiam suam arbitrantur confirmari. Nuntantur enim his oratoris uerbis:

Olynth. I, 19: τί οὖν ἂν τις εἶποι, σὺ γράφεις ταῦτ εἶναι στρατιωτικά; μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε.

Olynth. III, 10—13: νομοθέτας καθίσατε · ἐν δὲ τοῖτοις τοῖς νομοθέταις μὴ θῆσθε νόμον μηδένα (εἰσὶ γὰρ ἱκανοὶ ἡμῖν), ἀλλὰ τοὺς εἰς τὸ παρὸν βλάπτοντας ἡμᾶς λίσατε · λέγω τοὺς περὶ τῶν θεωρικῶν σαφῶς οὕτωςι καὶ τοὺς περὶ τῶν στρατευομένων ἐπίους, ὧν οἱ μὲν τὰ στρατιωτικά τοῖς οἴκοι μένουσι διανέμουσι θεωρικά, οἱ δὲ τοὺς ἀτακτοῦντας ἀθώους καθιστῶσι εἴτα καὶ τοὺς τὰ δέοντα ποιεῖν βουλομένους ἀθυμοτέρους ποιοῦσιν, ἐπειδὴν δὲ ταῦτα λύσητε καὶ τὴν τοῦ βέλτιστα λέγειν ὁδὸν παρᾶσχητε ἀσφαλῆ, τηρικαῦτα τὸν γράφαντα ἅπαντες ἴστε ὅτι συμφέρει ζητεῖτε. Πρὶν δὲ ταῦτα πράξαι μὴ σκοπεῖτε, τίς εἰπὼν τὰ βέλτιστα ὑπὲρ ἡμῶν ἀπολέσθαι βουλήσεται.

Inde, quod Demosthenes ueretur ullam de theoreticis ad belli usum impendendis rogationem perferre ad populum, maximeque e uerbo ἀπολέσθαι Schaeferus et Muellerus concluderunt ueram esse narrationem illam scholiastarum de ca-

pitis poena eiusmodi rogationis auctori constituta disserentium. Contra hos ei, qui grammaticis illis fidem habendam non esse censent, ex his quos attuli locis fictam esse illam legem existimant.

Primum igitur inquirendum est in usum uerbi ἀπόλλυσθαι. Quod ipse quoque non necessario ad mortem referendum esse demonstrabo. Conferamus locutionem ἀπόλωλα, qua is uti solet, qui ad extremam calamitatem redactus sit, porro uerba κάκιστ' ἀπολώλασι (Dem. de reb. Chersonesi 40) de Lasthene et Enthycrate Olynthiis etiam tum uiuentibus dicta — de altero quidem, Enthycrate, hoc ex Hyperidis quodam loco (Rhett. gr. ed. Walz. 9, 54) constat —, denique uerba ἀναρπάξεν et ἀνελεῖν de Apollodoro dicta (in Neaer. §§ 8 et 9), concedemus nimiam uim uerbo ἀπόλλυσθαι a Schäfero et Muellero tributam esse. Quodsi considerauerimus Athenienses paullo antea litem Apollodori quindecim aestimauisse talentis, elucebit hoc uerbum ἀπολέσθαι etiam dici posse de homine quodam magna pecunia multato. Deinde ne ipsa quidem oratoris uerba, quibus de theoricis legibus agit, (οἱ μὲν τὰ στρατιωτικὰ τοῖς οἴκοι μένουσι διανέμουσι θεωρικά) quidquam uidemus praebere, unde commoueamur, ut de mortis poena cogitemus.

Quae res etiam per se non est ueri similis. Primum sperare potuit Eubulus Apollodoro a iudicibus damnato haud quemquam ausurum esse eandem rogationem iterum ad populum perferre. Deinde ex caussa illa cognoscere licet Athenienses haud ita grauiter iratos fuisse — aliter enim seueriore poena ille multatus esset — ut continuo acciperent et probarent legem, qua qui eandem rogationem iterum ad populum ferret, morte multaretur. Praeterea ne hoc quidem neglegendum est eis temporibus, quibus haec lex lata esse existimatur, non iam crebram fuisse capitis poenam, sed grauioribus tantum sceleribus constitutam.

Atque quod Weilius (pag. 163—168) comprobare uult orationes Olynthiacas habitas esse ante eam litem, quare cum

is pecunia tantum multatus sit, legem illam non existisse: de hac re equidem ita statuendum esse existimauerim, ut argumentationem eius prospero successu ab Aemilio Muellero impugnatam ac refutatam esse confitear, nihilo minus tamen eius modi legem negandam esse censeam, cum optime possit cogitari Demosthenem eo, quod Apollodorus condemnatus est, deterritum esse, quominus eiusmodi rogationem, qua res familiaris periclitanda esset, ad populum perferret.

Qua de caussa legem illam Eubulum non tulisse existimauerim. Sed non est reticendum eum hoc munere fungentem etiam multa perfecisse, quae ad potentiam ciuitatis augendam uel ad urbem exornandam ualerent. Cfr. Din. I, 96:

„*Ποῖαι γὰρ τριήρεις εἰσὶ κατεσκευασμέναι διὰ τοῦτον, ὥσπερ ἐπὶ Εὐβούλου τῇ πόλει ἢ ποῖοι νεώσοικοι τούτου πολιτευομένου γεγόνασι; πότε οὗτος ἢ διὰ ψηφίσματος ἢ νόμου ἐπηνώρθωσε τὸ ἱππικόν; τίνα κατεσκεύασε δύναμιν τοιούτων καιρῶν παραγενομένων μετὰ τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην, ἢ πεζὴν ἢ ναυτικὴν; τίς ἀνήνεκται τῇ πόλει κόσμος εἰς τὴν ἀκρόπολιν ὑπὸ τούτου; τί κατεσκεύασε Δημοσθένους οἰκοδόμημα ἐν τῷ ἐμπορίῳ τῷ ὑμετέρῳ ἢ ἐν τῷ ἀστεῖ ἢ ἄλλοθί που τῆς χώρας;*“

Populi autem quantum interfuerit, ut theoricum semper fieret distributio, quamque aegre ea abstinere uoluerit, ex loco Demosthenis XIX, 291 apparet. Ubi haec leguntur:

„*ἐπεὶ δὲ σὺ (scil. Εὐβουλε) μὲν τουτουσὶ δεδιξάμενος καὶ φήσας καταβαίνειν εἰς Πειραιᾶ δεῖν ἤδη καὶ χρήματ' εἰς φέρειν καὶ τὰ θεωρικὰ στρατιωτικὰ ποιεῖν ἢ χειροτονῆσαι, ἃ συνέειπε μὲν οὗτος, ἔγραψε δ' ὁ βδελυρὸς Φιλοκράτης.*“*

*) Restat, ut paucis hoc loco agamus de inscriptione quadam hac aetate exarata, quae ad theoricum referenda esse possit uideri. Legimus enim C. J. A. II, 115 (Ol. 109, 2 — 343) *εἰς δὲ τὴν ἀναγραφὴν τῆς στήλης δότω ὁ ταμίης τοῦ δήμου ΑΔΔ δραχμὰς ἐκ τῶν*

Demosthenes quid senserit de theoreticis.

Aetate illa cum summi in re publica essent momenti distributiones theoretici, haud abs re erit explorare, quid is, qui illis temporibus summopere ciuitatis consuluerit saluti, Demosthenem dico, de illis senserit.

Atque uolgaris esse uidetur haec sententia, ut orator ille has omnino tolli uoluisse dicatur. Quam opinionem non recte sese habere et restringendam esse iam Theodorus Gomperzius (Demosthenes der Staatsmann pag. 31) optime perspexit. Qui haec dicit:

„Man pflegt zu sagen: „er wollte die Spenden eingestellt und die betreffenden Summen für Kriegszwecke verwendet wissen.“ Allein dies ist nur ein Theil der Wahrheit und daher nahezu eine Unwahrheit. Er wollte niemals dies allein, sondern immer zugleich die Ersetzung der Soeldner durch heimische Miethstruppen.* Er wollte den Character

κατὰ ψηφίσματα μεριζομένων. Sed negandum est hanc locutionem ad theoreticum referendam esse.

Primum hoc uerbum in inscriptionibus ita uidemus usurpatum, ut nihil aliud significet nisi soluere uel numerare pecuniam. Cfr. C. J. A. II, 311 alias: τὸ δὲ ἀνάλωμα τὸ γινόμενον μερίσσαι τοὺς ἐπὶ τῇ διοικήσει.

Deinde cum eadem pecuniae in titulis eodem tempore, quo ille quem supra attuli, exaratis τὰ κατὰ ψηφίσματα ἀναλισκόμενα τῷ δήμῳ nominentur — e quibus non solum uiatica dari uidemus legatis (C. J. A. II, 84, 251), sed etiam alias ad res expensas fieri inuenimus — cumque praeterea etiam inueniamus ἐκ τῶν κατὰ ψηφίσματα ἀναλισκομένων τῇ βουλῇ (ueluti C. J. A. II, 114), uidemus haud facile fieri posse ut uocem μεριζόμενα ad theoreticum spectare censeamus. Multo ueri similis uidetur et hoc uerbum et τὰ ἀναλισκόμενα τῷ δήμῳ eadem esse atque pecunias ad expensas a populo faciendas destinatas.

* Hac uoce Gomperzius intellegit ciues Athenienses theoreticis quasi mercede ad militiam conductos.

der Spenden wesentlich verändern, ihren Betrag jedoch nicht im mindesten verringern (de his uerbis postea).“

Atque hoc quidem recte perspexisse uir ille doctissimus est putandus Demosthenem id uoluisse assequi, ut ciues eo, ut ad bellum proficiscerentur, theorica mererent. Ad eam sententiam probandam maxime ualere censeo Dem. I, 20: *ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι στρατιώτας δεῖν κατασκευασθῆναι καὶ εἶναι στρατιωτικὰ καὶ μίαν σύνταξιν τὴν αὐτὴν τοῦτε λαμβάνειν καὶ τοῦ ποιεῖν τὰ δέοντα, ὑμεῖς δ' οὕτω πως ἄνευ πραγμάτων λαμβάνειν εἰς τὰς ἐορτάς.*

De rebus Cherson. VIII, 23: *εἰ γὰρ μήτ' εἰσοίσετε μήτε τῶν κοινῶν ἀφέξεσθε μήτε τὰς συντάξεις δώσετε, μήθ' ὅσ' ἂν αὐτός αὐτῶ πορίσῃται, ἐάσετε, μήτε τὰ ὑμέτερα αὐτῶν πράττειν ἐθέλησετε, οὐκ ἔχω τί λέγω.*

Sed quod is addit oratorem „ihren Betrag nicht im mindesten verändern“ uoluisse, longius progressus mihi uidetur. Hoc enim neque ex ullo loco Demosthenico potest colligi neque ueri uidetur simile. Etenim si quando *θεωρικά* sunt facta *στρατιωτικά* — id quod uoluisse oratorem uidebimus —, magistratus ille, qui uocabatur *ταμίας τῶν στρατιωτικῶν*, omnes accipiebat pecunias, quae superessent, et inde ciuibus ad bellum exeuntibus mercedem distribuebat militarem, quam non eandem summam effecisse quam theoricum per se apparet.

Orationibus illiusmodi strenuis impugnatas theororum inter ciues distributiones ut tollerent et pecunias illas ad bellum impenderent Athenienses, postea contigit Demostheni, cum de ea re rogationem ad populum tulisset.

De qua re Philochorus in Atthidis libro sexto refert eiusque uerba seruantur apud Dionysium Halicarnassensem (tom. II, pag. 123, 45, apud Maelleros tom. I, pag. 466, fragm. 135):

„*Ἀνσιμαχίδης Ἀχαρνεύς · ἐπὶ τούτου τὰ μὲν ἔργα*

τὰ περὶ τοὺς νεωσοίκους καὶ τὴν σκευοθήκην ἀνεβάλλοντο διὰ τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Φίλιππον· τὰ δὲ χρήματα ἐψηφίσαντο πάντ' εἶναι στρατιωτικὰ Δημοσθένους γράψαντος. Φιλίππου δὲ καταλαβόντος Ἐλλάτειαν κτλ.“

Quod Atheniensium decretum quo tempore factum sit, haud difficile est constituere. Constat Lysimachidem archontem fuisse anno 110,2 (339/38).

Qui cum mense Hecatombaeone, qui mensibus nostris Julio et Augusto respondet, munus suum inisset, Elatea autem capta putanda sit aut exeunte mense Nouembri aut Decembri; inter Augustum et Nouembrem hoc populi scitum factum uidetur. Et cum ueri sit simillimum hoc tum esse constitutum, ubi eo, quod Philippus ab amphictionibus autumnalem conuentum agentibus contra Locros dux est creatus, periculum grauissimum sibi imminere intellexissent Athenienses, fere mense Octobri rogatio illa Demosthenica ad populum uidetur esse perlata (cfr. Schaeferum II, 495).

Hoc igitur tempore multo coercitam theorici diuisionem — pecuniis omnibus superfluis ad bellum impensis — haud multo post ipsum Demosthenem uidemus administrare. Quo munere cum fungeretur, ex sua re familiari addidit theoricis.

Quae res commemoratur ab ipso oratore his uerbis (XVIII 113): „ἀλλ' οὗτος συγκοφαντῶν, ὅτι ἐπὶ τῷ θεωρικῷ τότ' ὦν ἐπέδωκα τὰ χρήματα, ἐπήνεσεν αὐτόν, φησιν, ὑπεύθυνον ὄντα.“

Quam donationem quamquam factam esse negat Adolphus Kirchhoffius Berolinensis, tamen eis, quas ille protulit caussis, non adducor, ut eius sententiam sequar.

Qui uir doctissimus in libello suo, qui inscribitur: „die Redaction der Demosthenischen Kranzrede“ et inuenitur in actis litterarum societatis Berolinensis : nni 1875, haec dicit pag. 65:

„Ich glaube überhaupt gar nicht, dass Demosthenes auch als Vorsteher der Theorikenkasse eine Schenkung gemacht hat. Nur der Verfasser der falschen Actenstücke in der Kranzrede weiss davon zu berichten und aus diesem Machwerk hat anerkanntermassen das Leben der 10 Redoer geschöpft. Aeschines erwähnt nur ein Geschenk von 100 Minen, welches Demosthenes als Bauherr gemacht § 17 und auch nur von diesem ist in der Urkunde im Leben der 10 Redner § 851 a die Rede. Ebensowenig nöthigen die Worte, mit denen Demosthenes seiner *ἐπίδοσις* gedenkt, an ein anderes zu denken. Offenbar gab die Wendung in § 113: *ὅτι ἐπὶ τῷ θεωρικῷ τότε ὡν ἐπέδωκα τὰ χρήματα* Anlass zur Erfindung einer zweiten Schenkung, Worte, in denen das daraus Gefolgerte keineswegs enthalten ist.“

Ex Kirchhoffii igitur sententia nihil aliud dicere uoluit orator nisi: „cum theorico praessem donauit pecunias illas (scil. ad muros reficiendos). Quod si uerbis illis nihil praeterea esset adiectum, Kirchhoffio esset adsentiendum ita, ut fraude quadam Demosthenem hac in re iudices decipere uoluisse opinemur.

Sed eis, quae proxime insequuntur, uerbis: „*ἀλλὰ καὶ τειχοποιὸς ἦσθα καὶ διὰ γε τοῦτ' ὀρθῶς ἐπηνόμην, ὅτι τάνηλωμέν' ἔδωκα καὶ οὐκ ἐλογίζομην.*“ satis comprobari mihi uidetur Demosthenem duo illa munera bene distinxisse et utroque fungentem se donationem fecisse rei publicae dicere uoluisse. Itaque uerbis *ἐπὶ τῷ θεωρικῷ τότε ὡν ἐπέδωκα τὰ χρήματα* donationem ad theoricum factam, et his: *ἀλλὰ καὶ τειχοποιὸς ἦσθα καὶ διὰ γε τοῦτ' ὀρθῶς ἐπηνόμην, ὅτι τάνηλωμέν' ἔδωκα καὶ οὐκ ἐλογίζομην* largitionem ad muros reficiendos praestitam significari existimo.

Atque quod Demosthenes ex sua re familiari addidit theoricis, hoc mihi uidetur posse concludi: eo, quod pugnam Chaeroneensem secutum est, tempore admodum esse coercitas

eorum distributiones neque tantas, quantas antea, pecunias eis esse profusas. Quae res etiam inde apparet, quod haud multo post Lycurgo pecunias publicas administrante opes Atheniensium maxime florere inuenimus (Cfr. Schaeferum I, 187—89; III, 76).

Deinde ad imminuendas theoricorum diuisiones multum ualuisse inuenimus legem quandam ab Hegemone rogatam (Aesch. III, 25). Qua potestatem eorum, qui theoricis praeesent, eo uidemus imminutam, ut desinerent praeesse muneribus illis *τοῦ ἀντιγραφέως, τῶν ἀποδεκτῶν, τῶν ὁδοποιῶν* aliis, quae Eubuli tempore eius magistratus potestati essent subiecta. —

Qua lege cautum uidetur, ne quidquid e redditibus superesset, largitionibus illis diuideretur. Quod inde concluderim, quod *τῶν ἀποδεκτῶν* et *τοῦ ἀντιγραφέως* munera separarentur a theorici praefectis. Itaque ad hoc diuidendum *ὁ ταμίας τῆς κοινῆς προσόδου* certas summas eis uidetur suppeditasse.

Lata autem esse haec lex putanda est inter annos Ol. 110, 4 (337/36. a. Chr.) et 112, 3 (330/29). Quod inde facile potest colligi, quod Aeschines in ea oratione, quam in lite Ctesiphontea habuit, dicit:

„*Ἀημοσθένην τὸν συλλήβδην πάσας τὰς Ἀθήνησιν ἀρχὰς ἀρχοντα.*“

Quae uerba rectum sensum non praebent, nisi statueremus eo anno, quo Demosthenes munere suo fungeretur, nondum legem Hegemonis ualuisse.

Huic de legis Hegemonicae tempore definiendo sententiae repugnat Halmius Monacensis, qui in commentatione, quae inscribitur: die Beweisführung des Aeschines in der Rede gegen Ktesiphon (in actis regiae litterarum societatis bavaricae anni 1875) pag. 3 de hac lege ita agit:

„Der Terminus ad quem des Hegemonischen Gesetzes ist hier (scil. Boeckh I, 251) sicherlich unrichtig bestimmt es muss statt Ol. 112, 3 heissen 110, 4=337 u. Chr. Denn

da Aeschines seine Rede in das Jahr 336 u. Chr. versetzt, wo Demosthenes noch im Amte war, und von der ausgedehnten Amtsgewalt der Theorikenvorsteher als von einer vergangenen spricht, so ist offenbar, dass das Gesetz des Hegemon vor dem Jahre 336 gegeben war. Es wäre ein unverzeihlicher Fehler des Aeschines gewesen, wenn er durch Bezugnahme auf ein späteres Gesetz seine eigene Beweisführung abgeschwächt hätte.“

Quae sententia eo refutari posse mihi uidetur, quod uerba illa, quibus eam comprobare uult: „denn da er seine Rede 336 versetzt“ omnino falso dicta sunt. Hoc eo efficere me posse arbitror, quod quibusdam locis res quaedam ab eo commemorantur, quae inter annos 336 et 330 gestae sunt. Atque duos locos eligere sufficiet.

§ 133 dicit Aeschines haec:

„*Ἀακεδαιμόνιοι οἱ ταλαίπωροι προσαψάμενοι μόνον τούτων τῶν πραγμάτων ἐξ! ἀρχῆς περὶ τὴν τοῦ ἱεροῦ κατάληψιν οἱ τῶν Ἑλλήνων ποτὲ ἀξιοῦντες ἡγεμόνες εἶναι, νῦν ὀμηρεύοντες καὶ συμφορᾶς ἀπόδειξιν ποιησόμενοι μέλλουσιν ὡς Ἀλέξανδρον ἀποπέμπεσθαι τοῦτο πεισομένους.*“

Porro afferenda est § 164:

„*ἀλλ' ἐπειδὴ πάσῃ τῇ δυνάμει Δαρεῖος κατεβεβήκει, ὁ δ' Ἀλέξανδρος ἦν ἀπειλημένος ἐν τῇ Κιλικίᾳ πάντων ἐνδεής.*“

Quos locos quicumque intuebitur, concedat oportet porro errare Halmium dicentem: „Aeschinem orationem suam anno 336 habitam finxisse.“ Quibus uerbis cum omnis eius sententia nitatur, eis refutatis hanc necesse est conlabi.

Quae cum ita sint, legem Hegemonicam inter annos 336 et 330 latam esse censendum est.

De Demade theoricum administrante.

Restat, ut antequam de theorici diuisionibus illo tempore factis dicere desinam, paucis disseram de narratione quadam

Plutarchea de Demade illas administrante. Quem eis maxime fauisse vel inde cognoscas quod traditur a Plutarcho (Quaestiones Platonicae X, 4) „τὰς διανομὰς τοῦ πολιτεύματος, ὡς ἔλεγε Δημάδης, κόλλαν ὀνομάζων αὐτῆς τῆς δημοκρατίας.“

Qui de eodem uiro etiam haec tradit (de re publica gerenda 25):

„Δημάδης ὅτε τὰς προσόδους εἶχεν ὑφ' ἑαυτῷ τῆς πόλεως · ὠρημένων γὰρ ἐκπέμπειν τριήρεις βοηθούς τοῖς ἀφισταμένοις Ἀλεξάνδρου καὶ χρήματα κελεύοντων παρέχειν ἐκείνον ἔστιν ὑμῖν, ἔφη, χρήματα · παρεσκευασάμην γὰρ εἰς τὰς Χόας ὥσθ' ἕκαστον ἱμῶν λαβεῖν ἡμίμναιον · εἰ δὲ εἰς ταῦτα βούλεσθε μᾶλλον, αἰτοὶ καταχρησθε τοῖς ἰδίοις · καὶ τοῦτον τὸν τρόπον, ὅπως μὴ ἀποστεροῖντο τῆς διανομῆς, ἀφέντων τὸν ἀπόστολον, ἔλυσε τὸ πρὸς Ἀλέξανδρον ἔγκλημα τοῦ δήμου.“

Unde si quis concludere uellet (cfr. Boeckhium I, 317) Demadis tempore rursus pecunias publicas theorici distributionibus tam large, quam Eubuli aetate, profusas esse, a uero prorsus aberraret. Narratiunculae enim illi Plutarcheae fides omnino non est habenda. Reputemus nobiscum haec: Cum circiter uicena millia ciuium statuenda sint theoricum accipientium, amplius centum et sexaginta talenta festo illo die putandus esset Demades curauisse diuidenda. Quod fieri non potuit eis temporibus, quibus de bello contra Alexandrum suscipiendo Lacedaemoniisque auxilio ferendo ageretur. Quam ob rem Plutarcho fidem hac in re abrogandam esse censeo. Multo autem ueri similius puto in ea, quam supra demonstrauimus, condicione haec dixisse Demadem, quae idem scriptor in uita Cleomenis refert:

„Καὶ Δημάδης τὰς τριήρεις μὲν καθέλκειν καὶ πληροῦν ποτε τῶν Ἀθηναίων κελεύοντων χρήματα δ' οἰκῶντων, πρότερόν ἐστιν, ἔφη, τοῦ ἀρτοπτεῖσαι τὸ φυρᾶσαι.“

Quae uerba cum congruant cum Demadis facetiis etiam aliunde notis maiorem mihi uidentur praebere speciem ueritatis.

De eo quod insecutum est tempore non iam inuenimus oratorum aut rerum scriptorum testimonia, quibus de theoricis distributionibus certiores fiamus. Neque magnas eis consumptas esse pecunias ueri uidetur simile, cum urbs Atheniensium libera esse aliisque imperare desiisset. Itaque quas ciuitatis opibus florentis tempore summi fuisse ad rei publicae fortunam momenti cognouimus distributiones, eas eius potestate imminuta ac destituta maxime coercitas esse aut omnino abolitas uidetur existimandum.

U i t a.

Martinus Fickelscherer natus sum ante diem septimum decimum Calendas Nouembres anni MDCCCLIII in urbe Glauchauia, ubi pater meus praeceptoris munere tum fungebatur. Matrem primis infantiae meae annis abreptam doleo, patrem, nunc sacerdotem et diuini uerbi interpretem in uico prope Meeranam sito, cui nomen est Schönberg, superstitem esse adhuc gaudeo. A quo cum linguae et latinae et graecae elementis essem imbutus, anno MDCCCLXVIII in gymnasium Zwiccaiense sum receptus, ubi praeter ceteros maxime Riccardus Richter, nunc Dresdensis, Gebauerus, Erlerus salutis meae omni ex parte consuluerunt. Absoluta puerili institutione anno MDCCCLXXIV Lipsiam me contuli studiis philologicis operam nauaturus. Hic per tres annos uiros illustrissimos audiui Curtium, Drobischium, Ecksteinium, Hildebrandium, Heinzium, Langium, Lipsium, Ritschelium, Voigtium, Wolffium, Zarnckium. Duo per spatia semestria exercitationibus proseminarii philologici Curtii auspiciis institutis, duo per semestria seminarii philologici et hoc quidem semestri sodalis ordinarius interfui.

Societatis Lipsii antiquariae per quinque semestria fui socius, per tertium nunc sum semestre Zarnckii, per alterum Ecksteinii et Braunii seminarii. Denique per duo semestria particeps fui exercitationum duce Wolfio ad cognoscendam philosophiam Anglicam institutarum.

Quibus uiris doctissimis quod exercitationum suarum participem me esse uoluerunt hac opportunitate data gratias ago maximas, inprimis Lipsio, qui summa et humanitate et liberalitate studia mea semper adiuuit.
